

# ÆQVIPOL

1267

## LENTES EX SCRIP

PTVRA PHRASES, DE CHRISTO

FILIO DEI EX MARIA NATO FIGVRATÆ,

Quas si quis intllegerit, & in numerato habuerit, ad  
 multa intelligenda in scripturis  
 iuuari poterit.



BCU Cluj / Central University Library Cluj

ERDÉLYI MŰZEUM  
 KÖNYVTÁRA

*(David Franciscus)*  
*Petrus Blampfeate!*

ALBAE IVLIAE

Anno Domini M. D. LXVIII.

PHRASES DE CHRISTO  
FILIO DEI EX MARIA NATO  
figurata.

**N**Vlla maior offensio fuit in Ecclesia Christi, quã cum homines carnales, dicta factaq; Christi omnia carnaliter intelligebant, vel recipiebant. Nam cum ille Spiritualis Rex sit, regnumque eius non mundanum, nec terrestre sit, eius facta dictaque Spiritualia, & ad illud regnum cœleste pertinentia carnaliter interpretari, est hominum, qui Spiritum Christi, non habent, qui terrena cogitant.

Hinc factum fuit, vt Apostoli sæpe hæc non percipientes, offēderētur, Christū à morte & cruce dehortarentur, primatum in Ecclesia somniarent, & de eo contenderent, de sermone doctrinæ pharisaicæ, nec intelligerent. Quare etiam Christum in morte periturum, nec amplius resurrectorum putabant. Sic Nicodemus in regeneratione offensus. Sic Capernaithæ illi discipuli Christi durum sermonem Christi, quod se esse panē vitæ dixit, appellabāt. Sic Iudei in visione Abrahamæ & morte scandalizati. Sic hoc tempore, magnæ contentiones erant, nec dum sunt sopitæ in Ecclesia, inter primarios viros, Lutherum, Zuinglium &c. de cœna domini, de manducandæ carnis Christi ratione, de naturis Christi, quas extendebāt per cœlum & terrā, vt carnē Christi vbiq; esse, & ab omnibus de glubisue sint pij, siue impij euincerent.

Ergo

Ioanis: 3.

Ioanis: 6.

Ioanis: 8.

Vide nunc quo  
& pugnam Brē  
ij cum Gene  
uensibus & Ia  
cobi Seckij cū  
omnibus Hel  
ueticis Eccle  
sijs.



Ergo ne nos ad hæc commenta Satanz amplius  
impingamus, iã edocti tot malis, sapiamus, scripturas,  
(non patres) legamus, & intelligamus, illæ enim suf-  
ficient sibi absq; patribus: Hæc enim quoq; conten-  
tio nuper de Filio Dei Christo Iesu, simili cognitione  
phrasum constat, vt & ratio Cœnz Dominicæ,  
vel manducandæ carnis eius, quod tibi hic  
expendendum proponimus:  
Vale.

**PHRASES DE CHRISTO**  
**FILIO DEI FIGVRATAE, DE**  
manducatione carnis eius, & de  
operibus quoque &c.  
**DE CHRISTO PHRASES IDEM**  
Significantes.

BCU Cluj / Central University Library Cluj

Panis, vitæ de cœlo descendens.	Ioa. 6. v. 35.
Panis Dei, qui de cœlo.	Versu 33.
Panis qui dat mundo vitam.	Ibidem.
Panis viuificans.	versu 51.
Verè cibus caro Christi.	55.
Panis cœlestis.	47.
Panis, qui manet in vitam æternam.	27.
Non corruptibilis.	Ibidem
Panis est corpus Christi, seu corpus Christi traditum pro nobis, panis est noster.	Matthej 26.
Quod cœlestis non carnalis, & ad vitã illã pertinens	Idem.
ideo dicitur cœlestis, & vitæ æternæ vel viuificans	
Sic Baptismus Ioannis de cœlo.	Lu. 24. v. 4.

**Apo:21.v.10** Noua Ierusalem, de caelo descendens.

**Iac:1.v.17.** Omne datum optimū, descendens à patre luminum

**Ia:3.15.** oppo Sapientia terrestri, & caelestis; hæc superne descen-  
**sita.** dens. Illa demoniaca terrena.

## DE CHRISTI OPERIBVS PH R A ses Idem fere significantes.

**Io:6.v.33-38.** Descendi de caelo.

**Io:7.v.39.** Missus sum à patre.

**28.** Non a me ipso veni, & loquor.

**Io:16.v.27-28** Exiui a Deo. A Deo sum. a Deo veni.

**Io:17.v:14.** Non sum de mundo.

**Io:5.v:43.** Veni in nomine Patris mei.

**Io:8.v:23.** Sum è supernis, non è terra.

**Io:10.v:36.** Sum Filius Dei.

**Mat:1.v.18.** Conceptus de Spiritu Sancto.

**1.Co:15.v:47** Secundus Adam Cœlestis.

Sic. Christus Messias.

**Io:1.v:1.** Verbum.

Sermo.

**Lu:17.v:13.** Præceptor.

Io:3.

2. Magister.

**Io:6.v:14.** Propheta.

Io:1.38

Rabbi.

**Hebr:3.v:1.** Apostolus confessionis nostræ. **Esa:9.6.** Cōsiliarius.

**Colos:1.v.13** Imago Dei

## PH R A S E S I D E M S I G N I F I C A N tes, quarum causa contentiones hucusq̃.

**Io:6.v:51.** Manducare corpus Christi.  
Bibere eius sanguinem.

**Ver:35.45.** Venire ad.

**Ver:17.** Audire.

**Ver:40.** Videre.

**Ioan:8.v.12** Sequi.

**1.Io.4.v.15,** Confiteri

Christum.

Mane:

Manere in Christo.  
Seruare sermonem Christi.  
Credere in Christum, idem valent fere.  
Sic videre regnum Dej.  
Ingredi in regnum Dej.  
Videre Vitam.

Io:6. ve. 36.  
Io:8. ver: 52.  
Io:6. v: 35. 47  
Io: 3. ver: 3.  
ver: 5.  
ver: 36

Sic a Deo esse, est esse pium Dej cultorem, Voluntati  
Dei subiectum, & facere signa diuina, veritatemque  
diuinam loqui: Vide Io: 3. ver: 2. & Cap: 9. ver: 31. 33  
Sic Opus ex Deo. Acto: 5. ver: 39.

### SIC IDEM VALENTES.

Renasci, Io: 3. v: 5. I. Pet: 1. v: 23.

Renouari. Eph: 4. v: 23

Nasci de supernis.

Io: 3. ver: 7

Ex Deo nasci.

Io: 1. ver: 13

Non ex carne nasci.

Ibidem:

Nasci ex aqua, & Spiritu.

Io: 3. ver: 6.

Ex mundo non esse. Seligi de mundo.

Io: 17. ver 16

Hominem nouum: vel creaturam nouam fieri in  
Christo Galatarum: 6.

Col: 3. ve. 10

Esse ex veritate. Esse ex Deo, hoc est esse nouam  
creaturam in Christo, nouum fieri hominem a Deo. Io: 8. ver: 37.

Sic { Ex carne.

nascitur

{ Caro i. carnalis. 2 Cor: 5.

Io: 3. ver: 6.

{ Ex Spiritu.

{ Spūs i. Spūalis.

Regnum meum nō est de mundo i nō mundanum. Io: 18. ve: 36.

Regnum Cœlorum, id est Cœleste. Mat: 13. v: 11.

Euangelium regni Dei, i. diuinum. Mar: 1. ve: 4.

A Deo non esse, Deum non timere.

Io: 9. ver 16.

Violare diuina.

Io: 8. v: 47.

Verba Dei non audire.

Anima-

Cor. 2. v 14. Animalem esse, nec regnum, qui non percipit, quod Dei sunt.

1. Iudg 19. Animalem Spiritum non habentes.

A Deo venire, vel ex Deo esse: Est diuinorum notitiam habere summam, eamq; reuelare: vt nunc scimus, te scire omnia, nec opus est, vt quis te interroget, per hoc credimus, te a Deo exisse.

Ioan. 17. v 8. Sic verba quæ tradidisti mihi, tradidi eis, & ipsi acceperunt, & crediderunt verè, me a te exisse, & crediderunt me a te missum esse.

Ioan. 8. v 47. Sic ex Deo esse, verba Dei audire.

Io. 7. v. 16. 17. Doctrina ex Deo est, non a me ipso.

Ioan. 8. v 40. Homo Christus audiuit veritatem a Deo.

Sic contra ex Diabolo esse, audire & discere a Diabolo, ibidem Ioannis: 8.

## NOVA CREATIO IN CHRISTO.

i. Petri 1.

Regeneratio.

Rom. 6.

Vitificatio. Mortificatio.

Mat 16.

Sui abnegatio.

Eph. 4.

Renouatio.

Rom. 6.

Resuscitatio cum Christo.

Rom. 6.

Institio in Christum, & sepultura cum eo. Anakephaleosis id est recollectio, vel recapitulatio, reconciliatio, & pacificatio.

Eph. 1.

Col. 1.

Apoc. 21.

Noui cæli & nouæ Ierusalem structura post Babylonem, apokatastasis seu restauratio, vel omnium restitutio, innouatioq;.

Act. 1. v. 6.

& 3. v 19. 21.

## IDEM VALENT QVOQVE.

Ioan. 6. v: 44. Nemo venit ad me, nisi quem traxerit Pater.

Nisi

Nisi cui dasum fuerit de cœlo.	Io. 8. v 65.
Quisquis doctus fuerit à Patre, venit ad me.	Io. 6. v 45.
Sic, Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit.	Io. 3. v 13.
Homo non potest sibi recipere quicquam, nisi illi datum fuerit è supernis.	Io. 3. v 27.
Nemo nouit Patrem, nisi Filius, & cui reuelat.	Mat. II. v 27.
Sic vos ex inferis estis, Ego ex supernis.	Io. 8. v 23.
Vos ex hoc mundo estis, Ego non sum.	
Sic Ego, quæ vidi apud Patrem, loquor	Io. 8. v 38.
Vos facitis, quæ vidistis apud patrem uestrum.	
Christus facit, quæ vidit patrem facientem.	Io. 5. v 19.
Pater diligit Filium, & omnia demôstrat ei, quæ facit.	Io. 3. v 20.

### DE CHRISTO EX MARIA NATO.

Primogenitus vniuersæ creaturæ,	Colo. 1.
Primogenitus inter multos fratres.	Rom. 8.
Primogenitus mortuorum.	Colos. 1.
Primus tenens.	Colos. 1.
Caput vniuersæ creaturæ	Colos. 1.
Caput omnis imperij & potestatis	Colos. 2.
Principium creaturæ Dei A. & O.	Apoc. 3.
Princeps aut dux vitæ	Apoc. 4.
Factus in caput Anguli	1. Pet. 2.
Factus à Deo Christus & Dominus	Acto. 2.

### IDEM VALENTES PHRASES

Inhabitat in Christo plenitudo Deitatis.	Colos. 2.
In Christo sūt omnes thesauri sapiētiae & sciētiae Dei.	Colos. 2. v. 3.
Vnixit eum Deus præ confortibus	Psal: 45 v. 8.
Dedit illi Spiritum non ad mensuram	Io: 3. v. 34.
Plenus gratia & veritate	Io: 1. v: 14.

Requieuit

**Esaię. 11. v. 2.** Requieuit super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientię, intelligentię, consilij, fortitudinis.

**ÆQUIPOLLENTES QVOQVE.**

- Hebr. 7.** Christus pontifex sublimior cœlis factus.  
**Eph. 4.** Ascendit longe supra omnes cœlos.  
**Phil. 2.** Exaltauit illū Deus supra omnes cœlos in summā sublimitatē:  
**Act. 2.** Fecit eum Christum & Dominum.  
**Phil. 2.** Dedit illi nomen supra omne nomen.  
**Hebr. 1.** Excellentius nomen angelis fortitus.

**ET CONTRA ÆQUIPOLLENT:**

- Ph. 2.** Exinaniuit semetipsum  
**Eph. 4.** Descenderet in inferiores partes terræ.  
**2. Cor. 8.** Cum esset diues factus est pauper.  
**Phil. 2.** Cum esset in forma Dei, factus similis hominibus.  
**Ioan. 1.** Cum esset verbum Deus factus est caro.  
**Esai. 53.** Despectus, Nouissimus virorum, vermis & nō homo, vir dolorum sciens infirmitatē.  
**Psal. 86.** Sic Eruiisti animam meam ex in ferno in feriore. Sic **Psal. 88.**

**S I C**

- Esai. 9. Mat. 2.** Christus puer natus.  
**1. Ioan. 4.** In carne venit.  
**Hebr. 2.** Carni participauit.  
**Hebr. 2.** Semen Abrahamæ assumpsit.  
**Rom. 1.** Factus ex femine Davidis.  
**Act. 13.** Eductus ex femine Davidis.  
**Gal. 4.** Factus ex muliere.  
**1. Tim. 2.** Vnus Mediator homo Christus.  
**Hebr. 3.** Fidelis per omnia fuit ei, qui eum fecit patri.  
Et multi similes loci quos diligens Lector facile congerere poterit.